Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Fer

ad pulcitudinem robusta. et subiuge eum aurem tuam ad illam. et qis eler
tus erit que ponam eis. Quis enim stetit mecum et quis sustinebit me
et quis est iste pastor. q resistet vultui meo. Pparetur audiet omnis
dnm quod mente concepit aduersus babilonem et cogitationes eius qas
cogitauit super terram chaldeorum. ne detrahant eos paruuli gregum
nisi disperdat super habitaculum eorum. de voce capti sunt omnes gen
tes terra et clamor inter gentes audiatur. hec dicit dnus. Ecce ego
suscitabo super babilonem et super habitatores eius. qui cor suum leuauerunt
quasi me quasi ventum pestilentem. et misit in babilonem ventilatores
et ventilabunt eam et demolientur terram eius. quia venerunt super eam undique
in die afflictionis eius. Non arcadit. qui arcadit arcum suum et non ascen
dat loricatus. Nolite parcere iuuenibus eius interficite omnem militiam eius
et cadent interfecti in terra chaldeorum et vulnerati in platheis eius
quia non sunt viduatus israhel et iuda a deo suo dno exercituum
Terra autem eorum repleta est delicto a sancto israhel. Fugite de
medio babilonis et saluet unusquisque animam suam. Nolite tacere
super iniquitate eius. quia tempus vltionis est dno. via retribuendum
ipse retribuet ei. Calix aureus babilon in manu dni inebriat
omnem terram. De vino eius biberunt omnes gentes et idcirco commota sunt
omnes. Subito cecidit babilon et contrita est. Vlulate super eam. tollite
resinam ad dolorem eius si forte sanetur. Curauimus babilonem et non
est sanata. derelinquamus eam. et eamus unusquisque in terram suam
quia peruenit usque ad celos iudicium eius et eleuatum est usque ad nu
bes. Eruit dnus iustitias nostras. Venite et narremus in sion opus
dni dei nostri. Lauate sagittas. impletis pharetras. Suscitauit dnus
spiritum regum medorum et contra babilonem mens eius ut perdat eam
quia vltio dni est vltio templi eius. Super muros babilonis leua
te signum. augete custodiam. leuate custodes. preparate insidias
quia cogitauit dnus et fecit quecumque locutus est. qui habitatis super
babilonis. Que habitas super aquas multas. copiosus thesauris venit finis tuus. pedalis precisionis tue. Iurauit dnus
exercituum per animam suam. quia replebo te hominibus qui bruco
et super te eleuma cantabitur. Qui fecit terram in fortitudine
sua et preparauit orbem in sapientia sua et